

*Conjugați la Indicativ Prezent și Imperativ Prezent (Activ) învățate până acum (timpurile derivate din tema prezentului, mai puțin gerunziul):*

*Căutați voi în dicționar conjugarea fiecăruia*

Amo, censeo, pango, audio

*Copiați textul de mai jos și subliniați verbele din text, apoi conjugați 8 dintre ele (câte 2 pentru fiecare declinare)*

*Puneți accentul corect pe fiecare cuvânt cu două sau mai multe silabe*

verba Ecclesiastes filii David regis Hierusalem

1:2

vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes vanitas vanitatum omnia vanitas

1:3

quid habet amplius homo de universo labore suo quod laborat sub sole

1:4

generatio praeterit et generatio advenit terra vero in aeternum stat

1:5

oritur sol et occidit et ad locum suum revertitur ibique renascens

1:6

gyrat per meridiem et flectitur ad aquilonem lustrans universa circuitu pergīt spiritus et in circulos suos regreditur

1:7

omnia flumina intrant mare et mare non redundat ad locum unde exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant

1:8

cunctae res difficiles non potest eas homo explicare sermone non saturatur oculus visu  
nec auris impletur auditu

1:9

quid est quod fuit ipsum quod futurum est quid est quod factum est ipsum quod  
fiendum est

1:10

nihil sub sole novum nec valet quisquam dicere ecce hoc recens est iam enim  
praecessit in saeculis quae fuerunt ante nos

1:11

non est priorum memoria sed nec eorum quidem quae postea futura sunt erit recordatio  
apud eos qui futuri sunt in novissimo

1:12

ego Ecclesiastes fui rex Israhel in Hierusalem

1:13

et proposui in animo meo quaerere et investigare sapienter de omnibus quae fiunt sub  
sole hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum ut occuparentur in ea

1:14

vidi quae fiunt cuncta sub sole et ecce universa vanitas et adflictio spiritus

1:15

perversi difficile corriguntur et stultorum infinitus est numerus

1:16

locutus sum in corde meo dicens ecce magnus effectus sum et praecessi sapientia  
omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem et mens mea contemplata est multa  
sapienter et didicit

1:17

dedique cor meum ut scirem prudentiam atque doctrinam erroresque et stultitiam et  
agnovi quod in his quoque esset labor et adflictio spiritus

1:18

eo quod in multa sapientia multa sit indignatio et qui addit scientiam addat et laborem.